

malignacitum dicit. iam ipsum caput nostrum inueniamus. Nam multi
 martires passi sunt talia. h. nichil sic elucet quomodo caput nostrum ibi me
 lius inuenitur quod illi expati sunt. **A**d ij. est dicendum quod multi diligunt deum
 ex toto corde per dilectionem tunc derivatam a christo capite. Unde in christo fuit modus
 diligendi perfectus quia caritate in tota sua excellentia habuit non secundum aliquam
 determinatam mensuram. h. quilibet aliter ex toto corde potest diligere deum secundum modum
 perfectum quantum ad aliquem terminum proprium sibi a christo. unde illud ad ephes. iij.
 unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donacionis christi. **A**d iij. est dicendum
 quod comprehendere deum per dilectionem potest intelligi dupliciter. uno modo per ipsius
 prophetam inclusionem vel terminacionem. sic deus incomprehensibilis est omni creature.
 Secundo per ipsius visionis perspicuitatem et sic potest convenire creature secundum quem
 modum dicebat apostolus. Sequor autem si quo modo comprehendam exponendo sicut
 expostum est supra.

Questio. De pauperibus octava de christi paupertate.

Uterius inquirendum est de christi paupertate. circa quod quatuor
 Primo. Utrum christus elegerit statum paupertatis. Secundo. Utrum pa
 upertas fecerit in christo perfectionis statum. Tercio. Utrum christus sic fuit pauper
 quod medicaret hostias. Quarto. Utrum christus sic fuit pauper quod maioribus laboraverit.
Ad primum ergo sic proceditur. videtur enim quod christus non debuerit assumere
 statum paupertatis. Scribit enim ecclesiasticus. vij. utilior est sapientia cum
 diuitiis et magis predest quia sicut protegit sapientia sic protegit pecunia. h.
 christus fuit sapientia dei patris. i. Cor. i. Predicamus christum dei virtutem et dei
 sapientiam. magis ergo debuit eligere statum diuitiarum quam paupertatis.
Preterea quod est materia delinquendi christus non debuit assumere. h. scribit
 ecclesiasticus. xx. vij. quod propter inopiam multi deliquerunt. ergo talem statum
 christus non debuit assumere. **P**reterea statum in quo homo constituitur in periculo
 anime christus assumere non debuit. h. in statu paupertatis constituitur homo in pe
 riculo anime. quia paupertas hominem ad furtum inducit. sicut habundantia diui
 tiarum inducit hominem ad dei contemptum. unde Salomon a deo inspiratus. neu
 trum peccat. publicorum. xxx. Mendicitatem et diuitias ne dederis michi. h. tribue
 tantum victui meo necessaria. **I**n periculum est quia statum illum christus
 debuit assumere quem primo verbo beatificauit et eius consilio firmavit.
 Sed statum paupertatis primo beatificauit. Mathei. quinto. Beati pau
 peres spiritu. Et consilio firmavit. Mathei. xix. Si vis perfectus esse. uade
 et vende omnia que habes et da pauperibus. **R**esponso. Dicendum quod Crisostomus
 super Matheum. triplicem distinguit paupertatem. una est simulatoria.
 Alia uocata et necessaria. Tercia spiritualis et voluntaria. Illi autem
 pauperes simulatorie qui et si expoliant se bonis temporalibus. non tamen
 expoliant se superbia et arrogancia. h. magis sunt superbi quam penitendo temporalia
 b. p.